QVÆSTIO XXXV.

Quis in cauſis criminalibus ſit iudex competens omnium, incipiendo à Summo Pontifice vſque ad priuatum.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Declinari forum ex quibus cauſis poſſit.
2 Et quis ſit iudex competens Papæ.
3 Et de quibus criminibus poſſit Papa accuſari.
4 Et an concilium generale ſit ſupra Papam, remiſſiue.
5 Et an Papa etiam volens poſſit ſe iudici laico ſubijcere.
6 Et quis ſit iudex Imperatoris.
7 Et an populus Romanus poſſit Imperatorem degradare.
8 Et quis ſit iudex regum.
9 Et quis ſit iudex aliorum Principum ſecularium.
10 Et quis ſit iudex Cardinalium.
11 Et an poſſit ſolus Papa deponere Cardinalē abſque conſenſu collegij.
12 Et quis ſit iudex competens Patriarcharum, & Archiepiſcoporum.
13 Et quis ſit iudex competens epiſcoporum.
14 Et an ſi Archiepiſcopus delinquat in diœceſi alterius epiſcopi, poſſit ab eo puniri.
15 Et quis ſit iudex clericorum, & monachorum regularium.
16 Et quis ſit iudex clericorum ſecularium, remiſſ.
17 Et quis ſit iudex famulorum, et domeſticorum Cardinalium.
18 Et an familiares, ſeu famuli epiſcoporum, & clericorum laici gaudeant priuilegio fori.
19 Et an illi, qui obtulerunt ſe, & bona ſua monaſterio, gaudeāt priuilegio fori, idid.
20 Pœnitentes an ſint de foro eccleſiaſtico.
21 Et quis ſit iudex competens in ſyndicatu officialum.
22 Et an ſydicatores poſſint cognoſcere etiā de delictis officialium non pertinentibus ad officium.
23 Et quis ſit iudex competens ſcolarium.
24 Et quis ſit iudex competens militum.
25 Et quis ſit iudex conpetens Iudæorum.
26 Et an officialis poſſit cognoſcere de iniuria illata ſibi, vel familiæ ſuæ.

Ex Additionibus.

1 Incompetentia Iudicis ante litem conteſtatam eſt proponēda.
2 Incompetentia iudicis aliquando proponitur poſt ſententiam, remiſſiue.
3 Exceptionibus propoſitis, concernentibus ſimul perſonā Iudicis, & partis cenſetur prius propoſita exceptio Iudicē reſpiciens de ordine intellectus.
4 Forum competens dicitur ratione delicti originis, domicilij, & quod ſit vagabundus.
5 Papa regulariter accuſari non poteſt, nec a Conſilio.
6 Imperator poteſt a Papa deponi, & excommunicari propter hereſim, ſacrilegium, per iurium, exinanitionem feudi Eccleſiaſtico, & ſi in ſeruitutē redigat laicos, & clericos, & libertatem Eccleſiaſticam.
7 Rex ſi delinquat a quo iudicetur, remiſſiue.
8 Dominis duobus exiſtentibus inſolidum in eodem caſtro, an alter poſſit alterum punire.
9 Et quid ſi vnus ciuilē, alius criminalē iuriſdictionem habet.
10 Officialium Regiorum exceſſus quis cognoſcat, remiſſ.
11 Officialis maioris iudicis delinquens in terra Baronis per quem puniatur.
12 Iniuria facta Miniſtro alicuius iudicis exercentis officium in alterius territorio per quem puniatur.
13 Delictum quando dicatur commiſſum prætextu officij.
14 Papa cognoſcit de delictis Epiſcoporum.
15 Patriarcha poterit puniri ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi deliquerit.
16 Archidiaconus poteſt punire extraneum Epiſcopum delinquentem in Diœceſi ſua.
17 Suffraganeus quando poſſit punire Archiepiſcopum.
18 Abbas debet in Monachos delinquētes ordinariā poteſtatem Quod tamen limita, vt ibid.
*18 Epiſcopus non poteſt determinare numerum fratrem in ſuis eccleſiis.
19 Familiare quis dicantur, remiſſiue.
20 Domeſticus qui ſit, remiſſiuè,
Commenſalis quis ſit remiſſiue, nu. eod.
21 Oblati, & Confratres per quos puniantur in Regno Neap.
Oblati, & Confratres in Regno Neap. an gaudeant priuilegio fori, nu. eod.
22 Bannitus, ſi fiat oblatus, an gaudeat priuilegio fori.
Et quis de Heremitis, & Hiſpitalarij, ibid.
23 Bechetu an gaudeant priuilegio fori.
24 Officiales in Reg. Neap. quomodo ſyndicētur, et nu. 26. remiſ.
25 Appellatio in ſyndicatu in Regno Neap. ad quem fiat.
27 Officialis an cognoſcat de iniuria ſibi illata, remiſſ.
28 A tapam dans poteſtati, poteſt per ipſum officialem ad furcas condemnari.
29 Delegatus cognoſcit de iniuria facta officiali ſuo, dūmodo ex cauſa officij.
30 Iudex quando poſſit iudicare in cauſa propria.
31 Iudex poteſt recuſari etiam, quod pęna eſſet certa, ſi ad eum veniret applicanda.
32 Iudex iniuriatus, ſi quid recipiat ab iniuriante, ne ipſum puniat, reſtitutionis tenetur in foro conſcientiæ.
33 Conſuetndo, quod quis ſi iudex in cauſa propria, an valeat.
34 Iniuria an cenſeatur facta officiali, vti officiali; an vt priuato, remiſſiue.
35 Sententia in propria cauſa eſt nulla, etiā parte non opponente
36 Sententia in cauſa ſuorum parte non opponent eſt valida.

ADDITIONES, Ad Quæſt. XXXV.

a Præcedentibus quæſtionibus.] Adde, quod
1 † exceptio incompetētiæ iudicis regulariter ante litem conteſtatam eſt proponenda, & etiam in certis caſibus, nè dum poſt litem, ſed etiam poſt ſen-
2 tentiam † proponi poteſt, vt per Bero. in cap. 1. num. 16. de accuſat. & ibi num. 8. dicit, quod ante omnia quærendum eſt de perſona iudicis, & ſi in ſcriptu-
3 ra † exceptiones concernētes defectū perſonę iudicis, & partes ſimul proponerētur, & attēto ordine ſcript. præcederet exceptio reſpiciens partē, tamē ſecundū ordinē intellect. diceretur prius propoſita exceptio cōtra perſonā iudicis, & de illa prius cognoſcendum foret. Baiar.

QVÆST. XXXV.

1 Præcedentibus Quæſtionibus dictum eſt de exceptionibus, quæ ad excuſationem, vel defenſionem ipſius Rei principaliter pertinent: ſequitur nunc, vt de fori declinatione, cuius materia in iudicijs frequentiſſimè verſatur, videamus. Scias igitur, vt breui diuiſione omnia capitula complectamur, quod hæc exceptio oritur ex triplici cauſa, ſ. aut ratione perſonæ, aut ratione cauſæ, aut ratione loci. b Ratione perſonæ declinatur forum iudicis, quādo reus dicit ſe non eſſe ei ſubditum, neq. ratione originis, neque domicilij, neque delicti. Item cum dicit ſe Clericum, ſeu religioſum non poſſe à Iudice laico puniri, vel è conuerſo ſe laicum à iudice eccleſiaſtico puniri non poſſe, vel ſi dicat iudicem ſibi inferiorem, aut parem in eum non habere imperium, vel quod ipſe ſit ab eius iuriſdictione exem-

b Ratione perſonæ declinatur forum Iudicis.] Adde videndum Fulgoſ. in conſilio 49. vbi dicit fo-
4 rū non ſortiti † niſi ratione delicti, originis, vel domicilij, vel quod ſit vagabundus. Baiard.

c Ratione cauſæ declinatur.] Adde, quod vtroque tamen caſu non obſtante iudicis incompetētia Teſtis coram altero iudice falſum deponens ad eodem puniri poteſt infra q. 38. verſ. ſed hic quæro, & verſ. ſed quæro nūquid ſupra q. 25. verſ. ſed nunquid ad ſin. Maran. 6. par. Iud. actu 12. fol mihi 383. Contrariū tamen tenuit Capyc. deciſ. 5. nu. 13. d. q. 38. verſic. ſed hic quæro, vbi tamen loquitur in clerico. Drogh.

d Videndum igitur eſt inprimis.] Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 38. & lib. 4. cap. 15. nume. 13. Roſ.

Videndum igitur in primis.] Adde, quod Papa
5 † regulariter accuſari non poteſt, nec à Concilio, niſi in certis caſibus, vt per Decian. in tracta. crim. to. 1. lib. 3. c. 38. Baiard.

e Poſſit Papa accuſari.] Mar. tracta. de bannit. fol. 377. n. 188. inquit, quod illud, quod dicitur, Papa poteſt accuſari de hęreſi, & deponi, intelligendum eſt de hæreſi propriè & ſtrictè ſumpta, quæ eſt circa articulos fidei. Ego verò in iſta quęſtione periculoſa, me vna cum toto præſenti opere meo ſubijcio, atque remitto, ſicut auctor hic ſe remittit, & de qua etiam vide per Ludou Carrer. in tractat. ſuo de hæretic. numero 99. & 100. qui numero 155. notat, quod licet Papa accuſari poſſit, vt priuetur, ſi hæreticus ſit, tamen ſi eligitur ei non obſtat exceptio hæreſis, per allegata ibidem. Giach.

f Poſſit Papa de crimine.] Adde, quod etiam fuit accuſatus Bonifacius Octauus ſupra quæſt. 32. verſic. Debes ſcire Deci. in l. eſt receptum, numer. 6. ff. de iuriſdict. omnium Iudicum, & Damaſus Papa ſe ſubiecit Synodo, vt ibidem, & de ardua Quæſtione hic tacta, an videlicet Papa ſit ſupra Concilium meminit Felynus in cap. Nonnulli coll. mihi 4. extra de reſcript vid. gloſ. in c. ex parte in verbo, Nolumus de Capellis Monachorum. Drog.

g Et ſi noluerit congregabunt.] Præſuppoſitis ta-

ptus, vel huiuſmodi. c Ratione cauſæ declinatur iudicis forum, cum quis laicus corā iudice laico accuſatus aſſerit criminis illius cognitionem ad iudicem eccleſiaſticū ſpectare, vel quod propter connexitatem cauſa ſit ad eum remittendus. Ratione loci, puta, quia prętendat delictum in eccleſia cōmiſſum ad iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici pertinere, vel huiuſmodi.
2 Videndum igitur in primis eſt de perſonas, & incipiendo a Summo Pontifice, qui in terris vices Dei gerit, & eſt maior omnibus hominibus, quæro, Si Papa delinquat, quis ſit eius iudex com-
3 petens. Reſpon. De iure habemus tex. expreſſum in cap. ſi Papa. 40. diſtinctione, qui dicit, quod culpas Roman. Pontificis nullus mortalium redarguere præſumit, quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus, niſi deprehendvntur a fide deuius. Dicit tamen gloſ. finalis ibi, quod ex quocunque crimine notorio, & ex quo ſcandalizatur eccleſia, poteſt Papa accuſari, ſi admonitus ſit incorrigibilis. Et illam gl. dicit communiter teneri Abb. in c. ſignificaſti, num. 4. de electione, & diſput. ſua incip. Epiſcopus, et rector, & in ſuo tractatu ſuper Conſilio Raſilienſi, prout illum refert Cardin. Alexan. in d. c. ſi Papa, colum. 3. in princ. Et ille tractatus Abbatis fuit poſitus inter damnatos in indice librorum prohibitorum publicato tempore Pauli IV. licet poſtea in iudice nouiter publicato poſt conſilium tempore Sanctiſs. D. N. Pij IV. non ſit deſcriptus inter prohibitos. Refert etiā Card. Alex. in loco prælleg. (licet liber ſit corruptus) idem atteſtari Rom. conſ 523. incip. quæſtio diſcutienda, vbi poſt num. 13. dicit. quod illa gloſſ. eſt ſingularis, et quod illā ſciūt omnes, & quod eſt canonizata a Conſilio Conſtantienſi. Dicit etiam Dec. conſ. 151. poſt num. 4. quod illa glo. placuit cummuniter canon. licet ſit reprobata a Theologis. Et ita illum refert Alber. de poteſt. Papæ, in 1. parte, num. 151. licet ipſe teneat contrarium. Et dicit Synodia de coaſilijs, fol 120 colum. 4. circa med. quod illa gloſſ. eſt communiter ab omnibus approbata, & fol. 124. col. 3. in fin. dicit, quod illæ ſententiæ Concilij Conſtantienſis mirificè canonizarunt illam gloſſ. & hanc concluſionem re ipſa comprobarunt, illam etiam communiter a Canoniſtis receptam eſſe ait Io. Brunellus poſt relectiones Didaci fol. 338. col. 4. Illam etiam ab omnib. teneri atteſtatur Iaſ. in conſilio 95. col. 7. verſic.

men ſemper terminis habilibus. Nam ratio, vel nunquam plus poteſt in facto congregatio, quā Papa, vel alius Princeps: ſimiliter dicas de quolibet alio Domino, nam vocato eius officiali ad conſiliū ſi noluerit accedere, congregabuntur ſine pœna Communitates, & homines ſupra quæſtione decimaſexta, verſiculo Vlterius quæro, ad medium, quamuis dici ſolet, quod ſemper vniuerſitas de mādato officialis cōgregatur, Capycius dicta Deciſione quarta, numero nono. Drogh.

Suc-

iſte paſſus, lib. 4. licet deinde de eius veritate dubitare videantur. Contrariam autē ſententiam, ſcilicet, quod ſolū pro crimine hæreſis f poſſit Papa accuſari, tenent communiter Theologi, vt dicit Zabarel. in eodem cap. ſi Papa, relatus per Cardin. Alexand. ibi. quinimò Berous in cap. at ſi clerici, num. 9. de iudic. dicit, quod gloſſ. communiter maximè a canoniſtis eſt reprobata, & merito ſecundum eum, quia eſt contra tex. in d. cap. ſi Papa. licet deinde poſt num. 11. dicat, quod communiter Theologi illam ſequuntur. Idem etiam Berous in cap. cum veniſſent, num. 4. de iudic. dicit, quod contra illam gloſſ. tenent magis communiter ſacri Doctores Theologi, & poſt numer. 43. dicit etiam, quod ita videntur tenere magis communiter Canoniſtæ. Hæc eſt periculoſa quæſtio, & in qua ego mallem diſcere, quam docere: propterea me remitto iudicio Sanctæ Matris Eccleſiæ, an ſanctiſſimi in Chriſto Patris, atque vniuerſalis Eccleſiæ ſummi, atque optimi Pontificis Pij Quinti.

4 Sed retenta concluſione, quam dicit eſſe ferè omnium recentium Theologorum, & iuriſperitorum conſenſu approbatam Simancas de hæret. cap. 11. num. 12. quod ſcilicet f poſſit Papa de crimine hæreſis accuſari, & iudicari, certè nullum habet iudicem niſi concilium generale: & ita dicunt communiter Doctores, vt atteſtatur Cardin. Alexan. in dicto cap. ſi Papa, colum. 3. in fin. Et quod quando Papa accuſatur de hæreſi, conſilium ſit iudex competens, dicit eſſe planum apud omnes Iaſ. in dicto conſil. 65. colum. 5. verſic. tranſeo ad tertium, libro quarto. Vbicunque enim reperitur, quod Papa poſſit iudicari, ſemper intelligendum eſt a concilio, ita dixit gloſſ. in capit. ſicut. in verbo, Hortamur, 2. quæſt. 7. quam dicit eſſe frequentioribus votis approbatam. Alan. de poteſtate Papæ, in prima parte, numero 85. & numero 173. vbi ſubdit quod in hoc nemo doctorum, quem viderit, diſſentit. Et practica eſt ſecundum Zabarel. relatum per Cardin. ibi, quod ſi hæreſis Papæ non eſt notoria, moneatur Papa per Cardinales, vel per alios, illis negligentibus, vt ſe purget ab infamia hæreſis, de qua eſt ſuſpectus, & ſi ſe purgaueirt, non eſt vlterius procedendum. Si verò id facere recuſet, & ſit contra eum vehemens ſuſpicio hæreſis, tunc Cardinales illum rogabunt, vt conuocet Conſilium: g & ſi noluerit, congregabunt ipſi. Vbi autem hęreſis eſt notoria, & requiſitus a Cardinalibus perſiſtat in errore, neque ſe emendet; tunc Cardinales conuocabunt conſilium, & ipſis negli-

gentibus, prælati ſeipſos congregabunt. Conuocato autem Concilio, ſi Papa de hæreſi conuictus fuerit, & noluerit mutare ſententiam, priuabitur Papatu, & tradetur poteſtati ſeculari puniendus. Si verò ad pœnitentiam velit redire, nihilominus ex quo per aliquod tempus fuit pertinax in errore hæreſis, priuabitur Papatus, & detrudetur in monaſterium. Et hoc caſu ſolet concilium ei deferre, ſi velit ipſemet ſeipſum condemnare: ſi verò ipſe noluerit ſe condemnare, tunc conſilium expedict cauſam, & illum degradabit. Ita concludit Car. ibi, ſubdens, quod ita etiam tradunt Doctores in locis per ipſum allegatis. Hic eſſet videndum an concilium generale ſit ſupra Papam, & an Papa recuſante congregare Concilium poſſint Cardinales, vel alij Prælati, vel Principes ſeculares conſilium conuocare, de quibus dixi ſupra lib. 2. §. Papa. Ego autem in omnibus prædictis, & etiam in alijs quibuſcunque me ſemper remitto determinationi factæ, vel faciendæ per Sanctam Matrem Eccleſiam, in cuius fidei gremio ſemper vixi, & viuere, ac mori intendo. vnum tamen non omitto, quod ſi Papa ſcandelizet vniuerſalem ſtatũ eccleſiæ, tunc talia per eum geſta in ſcandalum eccleſiæ non tenent, & ei reſiſtitur per eccleſiã, neque ei eſt in talibus obediendum. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Card. in d. c. ſi Papa, col. 3. verſic. Nec etiam obſtat.

5 *Sed hic quæro, nunquid poſſit Papa etiam volens, Imperatori Romanorũ, vel alteri laico ſe ſubmittere. Reſp. quod quidquid ſit in ciuilibus, certè in criminalibus nullo modo poteſt alicui laico ſe ſubmittere. Et iſta eſt communis reſolutio Theologorum, vt ait Dec. in l. eſt receptum, num. 5. de iuriſd. omnium iud. Et ita etiam tenere communiter Doctores atteſtatur Alex. in dicta l. receptum, poſt num. 4. Iaſ. in d. l. eſt receptum, num. 2. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Dec. cap. eccleſia Sanctæ Mariæ, numero 92. & ſequ. de conſtitut. Quinimò ſi Papa delegaret alicui, etiam Epiſcopo, cauſam criminalem contra ſe intentatam, non poſſet ab eo iudicari, nec condemnari. Et hanc partem tenent magis communiter Doctores, vt dicit Berous in cap. cum veniſſent, num. 32. de iudic. Fortius dicunt aliqui, quod Pontifex Maximus (etiam ſi velit) non poteſt ſe ſubijcere Concilio, vt ab eo iudicetur: & dicit Albanus in loco præallegato, numero 104. & 123. Quod ita iuris Interpretes communiter affirmarunt, refers idem etiam atteſtari Iaſ. & Dec. in locis, quos ego ſupra retuli.*

6 *Succeſſiuè* [h] *quæro quis ſit iudex competens Imperatoris ſi delinquat. Reſpond. Doctores communiter videntur velle, quod Papa poſſit propter grauiſſimas culpas Imperatorem deponere. Et ita quandoque fuit de facto obſeruatum, vt ſunt nouiſſimæ hiſtor. & eſt text. in cap. ad Apoſtolicæ, de iudic. in 6. Intellige tamen grauiſſimas culpas, ex quibus turbaretur Vniuerſalis Status Chriſtianitatis: ſed propter alia delicta non poſſet deponi, ſi eſſet Catholicus. Et quamuis Innocent. Pap. in dicto capit. ad Apoſtolicæ id fecerit cum auctoritate Concilij, nihilominus ſecundum Ioan. Andr. poteſt etiam illum deponere ſine Concilij auctoritate, & ita concludunt omnes, vt dicit Cardinalis Alex. in d. cap. ſi Papa, in vltimis verbis. Tutius tamen, & laudabilius eſt, vt adhibeat etiam auctoritatem Concilij. Fuit etiam depoſitus per Principes Electores Vinciſlaus Imperator propter ignauiam, quamuis multi Doctores teneant, quod hæc depoſitio Imperatoris non poſſit fieri, niſi per Summum Pontificem. Hic etiam videndum eſſet, an Imperium dependeat ab Eccleſia, & an in temporalibus Papa ſit ſuperior Imperatore, de quibus dixi ſupr. lib. 2. §. Imperator. Neque ego hic volo recenſere hiſtorias ſuper depoſitionibus Summorum Pontificum, & Imperarum, quia in his libris profiteor explicare deciſiones Doctorum, non hiſtorias, quas quilibet curioſus poterit apud auctores inuenire.*

7 *Sed nunquid poterit Populus Romanus Imperatorem degradare, ſeu deponere? Reſpondeo, quod non: cum enim ſemel Populus Romanus omnem ſuam poteſtatem in Imperatorem tranſtulerit, non poteſt illam amplius reuocare. Et hæc eſt communis opi. vt atteſtatur Aret. in §. ſed quod principi, nu. 6. Inſtit. de iur. natu. gent. & ciuili, Alexand. in ſua diſputat. incip. Sigiſmund. in 5. quæſt. quem refert Reſtaurus de Imperatore, q. 81. poſt num. 11. dicens, quod hoc hodie non toleraretur, ex quo poteſtas eligendi ſpectat principibus electoribus Germaniæ, & ius eum deponendi ſpectat Papæ.*

8 *Item quæro, quis ſit Iudex Regum, ſi delinquant? Reſpond. quod id, quod ſupra dictum eſt de Imperatore, habet eniam locum in illis Regibus, qui ſuperiorem non recognoſcunt, vt ſcilicet Papa ſit eorum Iudex competens. Et ita fuit de facto obſeruatum in Rege Franciæ, quia fuit per Zachariã pontificem depoſitus, vt habetur in cap. alius, 15. quæſt. 6.*

9 *Item* [k] *etiam dicendum eſt de Ducibus, & alijs principibus: quia ſi recognoſcunt in ſuperiorem Imperatorem, vel aliquem alium Regem, vel dominum ab eo iudicari debent: ſi verò alium ſuperiorem non recognoſcunt, puniuntur à ſummo Pontifice. Et in his pariter poſſent adduci infinita exempla hiſtoriarum, quæ conſulto omitto, nè iuriſperitorum ſententias cum hiſtoricorum narrationibus inuoluam. Præparaui ego quandoque volumen vniuerſalis hiſtoriæ à Carolo Magno vſq. ad hodierna tẽpora, vna cũ genealogia omnium ferè Principum Chriſtianorum multo*

h Succeſſiuè quæro.] Adde, quod antiquitus milites Imperatores iudicabant, teſte Appio Alexandrino Romanæ Hiſtoriæ ciuili belli. lib. 4. exercitum, inquit, primores alloquuti, ad Lucium oratorè deſtinant, qui cum cũ Cęſare ad iudicium vocarèt. *Drogh.*

Succeſſiuè quæro.] Vide Decian. lib. 3. de quo ſupra c. 38. nu. 30. & lib. 4. c. 15. nu. 5. *Roſ.*

Succeſſiuè quæro.] Ad-
6 de, † quod † Imperator à Papa poteſt deponi, & excõmunicari propter hereſim, ſacrilegium, periuriũ, & exinanitionem feudi, quod ab Eccleſia teneret, vel ſi in ſeruitutem vellet redigere laicos, & clericos vel libertatem Eccleſiaſt. impugnare, vt per gloſſ. & omnes Scribentes in c. ad Apoſtol. de re iud. in 6. & Reſta. in tract. de Imp. q. 81. vbi multa circa hoc reperies ad ſaturit. *Baiard.*

i *Item quæro.*) Decian. d. c. 38. n. 13. & c. 15. prædicto num. 10. *Roſſ.*

Item quæro.) Adde vi-
7 dendum† Caſſet in tract. de poteſt. Reg. q. 44. Zamor. in tract. de orig. Principatus in 2. part. in princ. Abbas, & omnes in c. que in eccleſiarum, de conſtit. *Baiard.*

k *Idem etiam.*) Decia. d. c. 15. nu. 11. *Roſ.*

Idem etiam dicendum eſt de Ducibus.) Adde, ꝙ
8 vnus Princeps † poteſt ſociũ ſibi æquale in Princip. delinquentè punire. Rot. Rom. dec. 3. de for. comp. in antiq: ſed Capyc. deciſ. 27. nu. 9. tenet contrariũ, etiã quod ſint Domini in ſolidũ, & ibi, n. 10. & ſeq. tenet, quod ſi ſunt duo domini † quorum vnus ha-
9 beat ciuile, alius crimin. iuriſdictionè in aliquo caſtro, & officialis habens ciuilem delinquerit, quod poterit puniri per alium officialem habentem criminalem iuriſdictionem, & metum, & mixtum imperium, & ad prædicta, vide etiam Franch. in deciſ. 274. per totam vol. 2. *Baiard.*

ſtudio,

ſtudio, & labores deducta ab ipſomet Carolo Magno, ſed alijs grauioribus implicitus negotijs, illa ſtudia intermittere ſum coactus. Si tamen fortè contingeret, vt aliquid ocij nactus, illi ſupremam manum poſſem imponere: (quod tamen vix vnquam contingere poſſe ſpero) vtique crederem lectoribus opus illud maximè vtile, ac iocundiſſimum futurum.

10 *Quęro etiam, quis ſit iudex competens Cardinalium S. Romanę Eccleſię. Reſpon. quod eſt Summus Pontifex.*

11 *Sed nunquid quando Papa vult punire aliquem Cardinalem, debet etiam adhibere collegium Cardinalium, ut ſimul cognoſcant, et iudicent? Reſpon. quod poteſt Papa, ſi velit, hoc facere, ſed non tenetur: ipſe enim ſolus, alijs non vocatis, poteſt vnum ex Cardinalibus deponere, & ob eius demerita punire. Et ita concludunt communiter Doctores, vt dicit epiſcopus Loazas in ſuis allegationibus pro Marchione Velez impreſſis Mediolani fol. 314. nu. 8.*

12 *Vlterius quæro, quis ſit iudex competens Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum. Reſpond. Patriarchę, & Archiepiſcopi a ſolo ſummo Pontifice iudicantur, cap. fin. 22. diſtinct.*

13 *Epiſcopi verò iudicantur in criminalibus a ſuis Archiepiſcopis, cũ toto conſilio Metropolitano, vt eſt text. in c. quorundam. 34. diſtin. Non autem poteſt Archiepiſcopus ſolus contra Epiſcopum procedere. Et ita deciſum fuit in parlamẽto Pariſienſi, vt refert Papo lib. 7. ritu 7. arreſto 45. Sed quidquid ſit de iure, hodie vt plurimum Papa cognoſcit de delictis Epiſcoporum.* [l] *Et quod Epiſcopi a ſolo Papa deponi poſſit, dicit communiter teneri Anan. in c. excommunicamus, il 1. §. volumus, nu. 5. de hęret.*

12 *Sed* [m] *quid ſi Archiepiſcopus delinquat extra ſuam diœceſim, nunquid poterit Epiſcopus illius diœceſis, in qua deliquit, eum punire? Reſpon. quod ſic: & ita communiter tenetur, vt dicit Marian. in c. 1. num. 18. de raptor.* [n] *Quod tamen intellige, niſi ille Epiſcopus eſſet ſuffraganeus ipſius Archiepiſcopi delinquentis: nam eo caſu nõ poſſet ipſum punire. Et hęc eſt communis opin. vt dicit Abb. in c. cum inferior, poſt nu. 1. verſ. ſimilis quęſt. de maior. & obed. Imol. in d. c. cum inferior, num. 11. Marian. in d. c. 1. nu. 19. & in c. poſtulaſti, num. 8. & 9. de foro comp.*

15 *Quæro, quis ſit iudex monachorum, & clericorum regularium. Reſpon. Prelati inferiores ſeculares non habent de iure aliquod territorium, ita quod habent iuriſdictionem in ibidem delinquentes, ſed ſolus Epiſcopus eſt ordinarius in ſua diœceſi. Et ita communiter teneri atteſtatur Abb. in c. cum contingat, num. 29. de foro compet.* [o] *Quo vero ad monachos dicendum eſt, quod Abbates habent in criminalibus ordinariam poteſtatem, & poſſunt illos capere, et detinere, & punire. Et dicit Calder. conſ. 20. de reg. quod ita tenent communiter Doct. Bene verum eſt, quod (ſecundũ aliquos)* [p] *Epiſcopus eſt etiã iudex ordinarius monachorũ, & poteſt contra eos procedere, etiam non expectata negligentia Abbatis. Et hãc fatetur eſſe communem opin. Abb. in c. graue, in fin. de offic. ord. Sed hoc de conſuetudine non ſeruatur, præſertim*

10 Item ſi officialis † regius deliquerit in terra Baronis, ad quem ſpectet cognitio, ad Baronem, vel ad Regẽ, vide Petr. in tit. de ſtat. vniuerſit. cart. 83. & Rebuff. in l. 2. C. de nupt. vide etiam Carauit. in ritu 46. num. 14. vbi ponit, quod officia-
11 lis † maioris iudicis delinquens in terra Baronis extra exercitium officij punitur ibi per Baronem, dummodo notum faciat ſuperiori ſuo, & Boer. deciſione nona, & ibi etiam ponit de ſeruientibus Regijs, quod debẽt remitti, ſi delinquũt in officio, & quomodo cõtra ipſos procedatur, & ibi etiam tenet, quod ſi
12 † miniſtro vnius iudicis ſuum exercenti officium in alterius territorio fit iniuria, quod iudex, cuius auctoritate in alterius iuriſdictione ſergentarius fecerit executionem cognoſceret de iniuria, & quod ſeruiens Regius delinqueret in terra alicuius Baronis, ſiue Domini, eſt remittendus, ſi delictũ erit circa officium ſuum; & ſi aliter deliquerit, erit puniendus per officialem Baronis. Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 13. §. 1. nu. 21. fol. 1457. & de prædi-
13 cta quæſtione habetur etiam per Foller. in pract. crim. in ver. audiantur ex. cuſatores, nu. 143. vltimæ impreſſionis, quæ eſt in quarto folio, & quando delictum dicatur commiſſum in officio, aut prætextu officij, Alberic in l. Senatuſconſulto, ff. de offic. præſid. vbi dicit, quod tunc propriè dicitur quis delinquere extra officium quando delinquit de non pertinẽtibus ad officium, & dicit Salicetus in l. magiſtratus, C. de iuriſdictio. omnium iudicum: quod tunc dicitur miles delinquere in officio, cum vendiderit arma, vel equos ei neceſſarios, & Rebuff. in tractatu de ſentent. execut. gloſſ. 15. fol. 381. in conſtitutione 1. tom. ait, quod executor dicitur in officio delinquere, quando caperet bona Clericorum pro executione, vel alias excederet, aut pecuniam accipere, vt non exequeretur, vel non illa re, vel differret, donec impetrentur litteræ appellationis. *Baiard.*

l *Sed quicquid ſit de iure.*] Adde, quòd Marianus Socinus in capitulo ſi quis Epiſcopus, numero ſexto cum ſequentibus, de accuſation. poſuit plures opiniones, & tandem concludit, quod hodie ſolus
14 Papa, † vel Legatus ab eo poteſt abſoluere, vel condemnare Epiſcopum. *Baiard.*

m *Sed quid ſi Archiepiſcopus.*] Adde, quod etiam Patriar-
15 ca † poterit puniri ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi deliquerit, Abbas, & latè Felinus in dicto capitulo inferior. de maior. & obedient. 1. & 2. column. vbi Ioann. Andr. dicit, quod etiam
16 Archidiaconus † poterit punire extraneum Epiſcopum delinquentem in iuriſdictione ſua, nam etiã maior in alieno territorio habetur pro priuato; ita quoque tradit Decian. in Tractatu criminali, tomo primo, capitulo 17. numero vigeſimoſecundo, libro quarto. *Baiard.*

n *Quod tamen intellige.*) Adde, quod ſuffraga-
17 neus † poſſit punire Archiepiſcopum, ſi delinquat in Diœceſi eiuſdem ſui ſuffraganei, nõ vti ſuffraganei, quia erat ex diſpenſatione alterius Dięceſis Epiſcopus, & ſic quo ad illum Epiſcopatum nõ erat ſubditus Archiepiſcopo, Felinus in dicto cap. cum inferior, numer. 3. de maior. & obed. & Decia. vbi ſupra numero vigeſimoquarto. *Baiard.*

o *Quo verò ad Mona-*
18 *chos.*) Adde, † quod fallit in tribus caſibus: primo niſi eſſet tale crimen, propter, quod eſſet deponendus, quia tunc Epiſcopus ſolus eſſet iudex competens; ſecundò niſi Abbas ſufficienter non puniuiſſet ſecundum Canones, ſed tantum ſecũdum regulas clauſtrales: tertiò niſi Abbas eſſet negligens in corrigendo, vt de omnib. cõſuluit Roman. conſil. 375. in propoſita quæſtione. *Baiard.*

p E*piſcopus eſt etiam iudex.*) Non tamen Epiſcopus Monachos, vel Mendicantes bannire poteſt, cum talis pœna banni ſit in vſu apud eccleſiaſticos, vt infra quæſtione 63. verſiculo final. in fine. Contrariũ tamen vidi ſeruari inter Fratres Minores, vulgo, Zoccolantes Sancti Franciſci. Nam & Epiſcopus Placentinus, vnum ex dictis Fratribus affinem meum iuſſit exulare, ſimiliter & eorum commiſſarij, quos ſic appellant (alio vocabulo, videlicet Prouinciales, eos nominat Baldus in cap. de cauſ. num. 49. extr. de offic. & poteſt Iud. delegat.) aliquando exulare iubent, confirmantque, vt contigit in perſonã doctiſſimi fratris Bernardini de Burgonouo Credo ergo quod licet bannum propriè apud tales perſonas non ſit in vſu, dict. q. 63.

tamen